

## PRAEFATIO.

Quamquam præfatiōne aliqua, libellus, quem iam tibi,  
*Lector beneuole*, trado, minime indiget, neque quidquam  
eidem præfari, mihi proposueram: tamen mendis typographicis,  
quæ mihi, pagellas sequentes perlegenti, animaduertere lieuit, commotus, præfaminis loco, ea de re  
lectores monere volui, ab iisque, ne mea culpa irrepsisse  
putent, petere, & simul quædam eorum indicare. Scilicet §pho 2. lin. 4. & 5. pro: *omnibus*, *quibus*, legendum:  
*quibuscunque*. Pag. 4. lin. 7 & 8 loco: *nemo intelligit*, *non*,  
ponendum: *nemo non intelligit*, Pag. 5 lin. 10 pro: *œconomia* leg.  
*œconomia*. Initium §phi IV. hoc esse debet: *Ad alterum &c.* Porro §pho 13 not. n pro § XIX leg. § XX;  
item §pho 14 lin. 3. pro *occianant* leg. *occinant*; & lin.  
seq. pro *facillima*, pōn. *facillima*. Neque in interpungenda  
oratione, is vbiique modus seruatus est, quem ego in exemplari